credo videre bona dñi in terra viuẽtiũ.
Ex hinc non vlulatus nõ planctus vt in/
ter seculi homines fieri solet. sed psalmo
rum linguis diuersis ex animo concrepa
bant. translataqꝫ episcoporũ manibus et
ceruicem feretro subijcientibus cum alij
pontifices lampades cereosqꝫ pferrent.
alij choros psallentiũ ducerent in media
ecclesia in spelunca saluatoris est posita.
Tota ad funus eius palestinarũ vrbiũ
turba cõuenit. quẽ monachoꝝ latitantiũ
in heremo cellula sua tenuit. quam virgi
num cubiculoꝝ secreta tenuerunt. Sacri
legium putabat que non tali femine vlti
mũ reddidisset officiũ. Vidue et paupes
in exemplũ dorcadis vestes ab ea prebi/
tas ostendebant. Omnis inopum mlťitu
do matrẽ et nutriculã se perdidisse clama
bat. quodqꝫ mirũ sit nichil pallor muta/
ret in facie. sed ita dignitas quedã ⁊ gra
uitas ora compleuerat. vt eã putares nõ
mortuã sed dormientẽ. Greco latino sy/
roqꝫ sermone psalmi in ordine persona/
bant. non solũ triduo ⁊ donec subter ec/
clesiam et iuxta specum dñi conderetur.
sed p omnem hebdomadã. Cunctis qui ve
nerant suũ funus et pprias credentibꝰ la/
crimas. venerabilis virgo filia eiꝰ eusto
chiũ quasi ablactata sup matre sua velle
sepeliri testis est ihesus ne vnum quidem
nũmum ab ea. filie derelictũ magnũ es
alienum. ⁊ quod his difficilius est fratꝝ
⁊ soroꝝ immẽsam multitudinẽ quos ⁊ su
stentare arduũ et abijcere impium est.
Quid hac virtute mirabilius. feminam
nobilissime familie magnis quondã opi
bus tanta fide omnia dilargitã. vt ad ege
statem pene vltimam perueniret. Iactent
alij pecunias in corbonam dei. era conge
sta funeralibus aureis dona pendentia.
nemo plus dedit paupibus qꝫ que sibi ni
chil reliquit. Nunc illa diuitijs fruitur et
his bonis que nec oculus vidit nec auris
audiuit nec in cor hoĩs ascenderũt. nos
nostrã vicem dolemus et inuidere potꝰ

glorie eius videbimur si voluerimꝰ diu/
tius flere regnantem. Secura esto eusto
chiũ magna hereditate ditata es ps tua
dominus et quo magis gaudeas mať tua
longo martirio coronata est. Non solum
effusio sanguinis in confessiõe reputatur.
sed deuote quoqꝫ mentis ĩmaculata ser/
uitus quottidianũ martirium est. Illa co
rona de rosis et violis texitur ista d liliјs.
Unde in cantico scribitur canticoꝝ. Fra/
truelis meus candidus ⁊ rubicundus et
in pace ⁊ in bello eadem pmia vincentibꝰ
tribuens. Mater inqm tua audiuit cum
abraham. Exi de terra tua ⁊ de cognatio/
ne tua et veni in terrã quam ostendã ti
bi. et per hieremiã dominũ precipientẽ
Fugite d medio babilonis et saluate ani
mas vestras vsqꝫ ad finẽ mortis sue non
est reuersa in chaldeam nec ollas egipti.
et virulentias carniũ dsiderabat. sed cho
ris comitata virgineis ciuis ẽ saluatoris
effecta et de puula bethleẽ celestia regna
conscẽdens dicit ad verã noemi populꝰ
tuus populus meꝰ deus tuꝰ deus meus.
Hũc tibi librũ ad tuas lucubraciũcu/
las eodẽ quẽ tu sustines dolore dictaui.
Nã qtiẽscunqꝫ stilũ figere volui ⁊ opꝰ ex
arare pmissum. totiens obriguerũt digi/
ti cecidit manꝰ sensus elanguit. Unõ ⁊ in/
culta oratõ votũ scribentis absqꝫ vlla ele
gantia et verboꝝ lepore testať. Vale pau
la et cultoris tui vltimã senectutẽ orõibꝰ
iuua. Fides ⁊ opa tua xpo te sociant. pre/
sensqꝫ qd postulas facilius impetrabis.
Exegi monumentum ere perenne quod nul
la possit destruere vetustas. Incidi eulo
gium sepulcro tuo quod huic volumini
subdidi. ut quocũqꝫ smo noster peruene
rit te laudatam. ⁊ bethleem cõditam le/
ctor agnoscat.

Titulus sepulcri eius.

Scipio quã genuit. paule fudere parentes
Graccoꝝ soboles agamẽnonis ĩclita pro
les. Hoc iacet ĩ tumlo paula dixere priores
Eustochij genitrix. romani pma senatus

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-137/0127
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG